

# ORATIONES THEOLOGICÆ.

A D M O D U M

REVERENDIS IN CHRISTO PATRIBUS ET DOMINIS

## DD. CISTERTIENSIS ORDINIS ABBATIBUS ET RELIGIOSIS D.C.Q.

FRANCISCUS SYLVIUS.



Rebris diverſorum petitionibus cum acquieſcendum ratus, in eam tandem ivi ſententiam, ut quas dicentem me audierant orationes Theologicas publici juris facerem; Vobis, R.<sup>di</sup> Patres & Domini, eas deſtinavi. Tota ſiquidem Ciftertiensis Ordinis longè lateque diſfuſa familia, multum per omnem modum debet tum Beatiffimæ Virgini Genitrici Dei MARIE, tum ſanctæ recordationis venerabili viro S. Bernardo. Deiparam enim Virginem Ciftertiensis religionis Matrem, Patronam, & Advocatam nemo neſcit, qui veſtrarum hiſtoriarum aliquid ſcit.

Qui è Moliffimo Burgundiæ monaſterio, in locum tunc horro- ris & vaſtæ ſolitu- dinis quem Ciftertium vocant, primi venerunt, arctioris obſervantiæ, zælum ab illo divinitus edoſti, qui docet mites vias & juſtificationes tuas, ut ad perfectiora ferantur: Quia cœnobium de quo exierant, in Reginæ cœli honorem fuerat ex- tractum; tam ipſi quam ſucceſſores eorum de illo quod Ciftertij ædificabant mo- naſterio propagati, omnes ſuas eccleſias in ejuſdem glorioſæ ſemper Virginis ho- no- rem, Deo dicandas eſſe cenſuerunt. Mortuis autem illis, imò quaſi non mor- tuis (vivunt enim Deo, non jam per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem ipſum videntes;) pro patribus nati ſunt in Ciftertiensi religione filij qui non ſunt abalienati retrorſum, ſed & ipſi cum unanimibus, uno ore honorificent Deum, Dei etiam matri humero uno ſervire pergunt, honorantes eam ut matrem, timen- tes ut Dominam, invocantes ut Patronam, ſequentes ut Stellam.

Sanctiſſimo æquè ut ſcripturarum doctiſſimo Bernardo quid vel ſui ſplendoris, vel ſuæ amplitudinis non ſeri acceptum Ordo Ciftertius? Anno à domus Cifter- tiensis conſtitutione quinto-decimo, cum auſterioris illius diſciplinæ obſervato- res eſſent numero brevi & pauciſſimi; cumque novellus ac puſillus grex Cifter- tiensis inſecundus ac propemodum ſterilis videretur, ut jam graviter tædio ei eſſe inciperet ſua paucitas, & omnis poſteritatis decideret, in quam ſanctæ magis paupertatis tranſfunderetur hæreditas; venerantibus omnibus in eis vitæ ſancti- tatem, ſed reſugientibus auſteritatem; ſuſcitavit Dominus ſpiritum pueri junioris, Bernardi ſcilicet, qui annum tunc agens ſecundum ſupra vigefimum, in illo no- vellæ plantationis principio Ciftertium ingreſſus, regularemque diſciplinam am- plexus, ſuavi religionis jugo collum ſubmiſit, futurus aliquando agricola peri- tus, ſervus in domo Dei fidelis, & operarius indefeſſus; qui & vineam Domini excoleret, & univerſæ ejus familiæ de theſauro ſuo nova proferens & vetera, mi- rificè illam propagaret. Ab hoc enim tempore, cum puſillo iſti gregi nova lux oriri, & reſponſum hoc à Spiritu ſancto dari videretur; Lætare ſterilis quæ non pariebas; erumpere & clama quæ non parturiebas, quia multi filij deſertæ magis quàm ejus quæ habet virum, de quibus poſtmodum viſum eſt filios filiorum uſque in multas generationes; Dominus dedit benedictionem, & vinea illa domini ſab- baoth plantata in Ciftertio, dedit fructum ſuum, extendens palmites ſuos uſque ad mare, & ultra mare propagines ſuas. Ipſe enim Bernardus celeberrima ſancti- tate præclarus, per quem ſui temporis eccleſia in antiquum priſtinæ religionis de- cus reſloruit, directus eſt divinitus in multiplicationem Ciftertiensium. Cum eſſet potens opere & ſermone, exemplo ſanctæ converſationis & pabulo doctrinæ cœleſtis factus eſt multis odor vitæ in vitam, qui fallacibus mundi delicijs valeat juſſis,